

tam examinati, de novo sint producendi, & examinandi, quando postmodum ad Litem venit?

Resp. multum interesse, num is, contra quem producti & examinati sunt, repetat eorum productionem, vel non? Si hoc; fidei & depositioni jam facte insistendum est, præterquam si per exceptiones legitimas enervetur arg. l. pen. §. ult. Cod. de Recept. Arbitr. & l. ult. §2 Cod. de Testib. Si illud; tres casus distinguendi sunt. Refert scilicet, an testes omnes adhucdum supervivant; an omnes decesserint; an quidam vivant, quidam sint mortui. Primò casu testes omnes de novo producendi

& examinandi sunt; secundò casu credendum est mortuorum assertioni, nisi per exceptionem aliquam evertatur; tertio casu mortuorum testimonium retinentur, &avorum mens demò exploratur per cit. l. ult. Cod. de Test. junctò cap. causam 11. & cap. presentata 50. eodem tit. Et licet in memoratis textibus agatur de testibus, ab Arbitro examinatis: quia tamen eadem est ratio de examine, non tantum à Judice, sed etiam à Notario Publico instituto, utpote cum utriusque autoritas sit publica & ad fidem conciliandam accomodata; eadem obtinet dispositio. Conferatur Gonzalez ad cit. cap. causam 11. de Testib. n. 6. & seqq.

## CAPUT II.

### De Juramento Calumnie.

**L**ite Contestatâ, præstatur Juramentum Calumnie, cujus naturam, diversitatem, necessitatem, objectum, personas, & effectum imper præsentiam investigare, tam ordo processus, quam utilitas materia jubet.

## SECTIO I.

### De Natura, Diversitate, Necessitate & Objecto Juramenti Calumnie.

#### SUMMARIA.

1. Etymologia Juramenti Calumnie. 2. Definitio. 3. Est religiosa asseveratio. 4. Quâ litigantes asserunt, se Litem sine Calumnia incepisse. 5. Et simul promittunt, se sine Calumnia Litem continuare velle. 6. Judice præsentis, & deferente. 7. Aliud est generale; aliud speciale seu malitia. 8. Non potest expressè remitti. 9. Quia in favorem publicum est introductum. 10. Nec tacitè de Jure Civili. 11. Bene de

Jure Canonico. 12. Quia nihilominus partes sunt in continuo metu exaltationis. 13. & seqq. Potest abrogari consuetudine. 16. & 17. Solvuntur textus adversi. 18. Præstatur in omnibus causis. 19. Etiam spiritualibus. 20. & seqq. Quadam causa recessitur, qua primâ fronte possent videri privilegiata. 23. & seqq. Negatur absolutè hoc privilegium, quoad omnes causas relaxat.

#### §. I.

##### Quid est quotuplex sit Juramentum Calumnie?

**J**uramentum Calumnie quoad originationem vocis est idem ac Juramentum de non-commitenda fraude vel frustratione: nam Calumnia, à calvendo vel cavillando dicta, significat fraudem & frustrationem in exercendis litibus; ut notat Cajus in l. si calvitur 23. in princ. ff. de V. S. & largè deducit Gonzalez in comment. ad cap. ult. h. t. n. 2.

Definitur, quòd sit Religiosa asseveratio, quâ litigantes asserunt, se sine Calumnia Litem incepisse; & simul promittunt, se Litem sine Calumnia continuare velle, Judice præsentis & deferente.

Dixi I. Religiosa asseveratio. Nam Juramentum Calumnie, cum habeat adjunctam Divini Numinis invocationem in testem veritatis, refertur ad virtutem Religionis, iisque ceremoniis, quibus alia Juramenta, præstatur.

Dixi II. quâ litigantes asserunt, se sine Calumnia Litem incepisse. Atque in hoc sensu Juramentum Calumnie est assertorium, non quidem veritatis, sed credulitatis, continens affirmationem facti, quòd quis credat, se non temerè, non dolosè, non adversarij vexandi gratiâ, sed bonâ fide iudicium lubisse l. cum & Judices 2. in pr. Cod. de Jurejur. propter Calumnia.

Dixi III. & simul promittunt, se sine Calumnia Litem continuare velle. Et hæcenus Juramentum Calumnie promissorium est, quatenus includit promissionem facti futuri, quòd jurans sine Calumnia Litem prosequi, hoc est, abstinere à falsis & superfluis probationibus, & nec Judici nec alij quidpiam contra permissionem Juris largiri velit. Auth. in isto. Auth. principales in pr. Cod. d. t.

Dixi IV. Judice præsentis & deferente. Cùm enim

enim hoc Juramentum ad iudicii integritatem & actus iudicialis spectet, requirit præsentiam iudicis d. Auth. principales in pr. §. coram Judicibus; cùmve non in privatum sed publicum favorem sit introductum publicâ quoque iudicis autoritate deferendum est d. l. cum & Judices 2. §. 4. Cod. de Jurejur. propt. cal.

7 Dividitur Juramentum Calumnie in Gene-

#### §. II.

##### Quenam sit Necessitas, præstandi Juramentum Calumnie?

**D**ico I. Ea est necessitas Juramenti Calumnie, ut partes sibi invicem id expressè non possint remittere. Textus in cap. si de calumnia 1. in pr. h. t. in 6. d. l. cum & Judices 2. §. 4. Rota Romana in Recept. p. 1. de cif. 82. num. 1. 2. & 5. Ratio est: quia Juramentum Calumnie ex num. 6. non tam in favorem litigantium, quam in bonum commune fuit requisitum, ut nempe & veritas securius eliciatur per cap. ex literis 32. de Jurejur. & temeritas prurientium ad Lites compellatur l. in omnibus 1. in pr. Cod. d. t. & Calumnie à tribunalibus arceatur d. l. §. 8. Unde subintrat regula ex l. jus publicum 38. ff. de Pact. quòd pactis privatorum remitti nequeat. Gonzalez ad cit. cap. ult. h. t. n. 5.

Dico II. Juramentum Calumnie de Jure Civili tam necessarium est, ut ne quidem tacitè possit remitti. Textus in cit. l. cum & Judices 2. §. 4. ibi: Sed quia veretur, ne forsitan quidam collusionis aliquâ vias, remittere videantur inter se hujusmodi Sacramentum, & ex prædictis NB. dissimulatione nostram Sanctionem deludant: sancimus, omnes Judices, licet ex compromisso cognoscant, minime pati, tale Sacramentum remitti, sed omnimodò hoc & ab actore & à fugiente exigi.

Dixi de Jure Civili. Nam de Jure Canonico, quòd Jus hodiernum, teste Gonzalez d. num. 5. sequitur, tacita remissio hujus Juramenti perquam luculenter permittitur in d. cap. si de calumnia 1. §. propter h. t. in 6. ibi: propter omissionem quoque tacitè in tota causa Calumnie Juramentum judicialis processus, alias factus legitime, non est nullus, nec annullandus. Cujus ratio esse creditur: quia finis, ob quem introductum est Juramentum Calumnie, obtineri censetur, si modò partes in continuo sint metu, ne Juramentum, tacitè hæcenus dissimulatum, exigatur. Reverendiss. D. D. Petrus Guetrather Insi. Jur. Can. lib. 3. tit. 12. n. 3.

#### §. III.

##### In quibus causis Juramentum Calumnie præstari debeat?

**J**uramentum Calumnie pro objecto agnoscit omnes omnino causas per textum in l. in omnibus 1. in pr. Cod. de Jurejur. propter Calumnia. Ratio est: quia in omnibus omnino causis concurrunt rationes illæ, propter quas Juramentum Calumnie fuit inventum. Et licet in causis spiritualibus, antiquiori Decretalium Jure, Juramentum Calumnie non fuerit ex actum cap. literas 2. h. t. attamen noviori P. SCHMIEB JURISPR. CAN. CIV. TOM. II.

rale & Speciale. Generale est, quòd semel præstatur, & ad totam causam & iudicium porrigitur. Germanicè Eyd für Gesühnde, Speciale, quòd etiam Juramentum Malitia vocatur, est, quòd in singulis actibus iudicialibus, toties, quoties iudici videbitur æquum, peti, & à partibus præstari debet. Germanicè Eyd der Bosheit.

Dico III. Nulla est necessitas Juramenti Calumnie, quando alicubi contraria consuetudo in usu est. Gonzalez d. n. 5. P. König h. t. n. 7. Brunn. in Proc. cap. 15. n. 6. Fleck in Biblioth. lib. 5. tit. 44. n. 21. qui duo posteriores attestantur, in multis locis talem consuetudinem de facto inavulisse. Ratio est: quia Juramentum Calumnie nec Divinò nec Naturali Jure, veluti putavit Menochius lib. 1. de Arbitr. Jud. quest. n. 2. præceptum est: utpotè cum nec ad materiam fidei nec ad præcepta decalogi revocari queat. Ergo consuetudine contrariâ ipsius necessitas infringi potest, præsertim si periculum subit perjurii, cujus intuitu in cap. clericos 3. de Cohabitat. Clericor. & Malier. prohibitum est, ne Clerici ad abjurandas personas alicuius sexus subspectas adigantur. Gail. 1. obs. 85. n. 5. & 6. Quam ob rem Card. de Luca de Judo. disc. 25. n. 16. usum parum commendabilem; imò abolendum esse, existimat, ut hujus Juramenti præstatio urgeatur: videtur enim in meram ceremoniam transisse, nec dari casus, quòd terreat, vel avertat à ceptæ litis prosecutione.

Nec impedit, quòd in cap. ceterum 5. h. t. & 16 cap. constitutus 7. de Fideiussor. ejusmodi consuetudo rejecta sit, quibus textibus perbasi Pirhing h. t. n. 6. Schambogen ibid. n. 7. Reiffersuel num. 50. Perez in Cod. n. 11. negarunt, consuetudinem contra Juramentum Calumnie unquam prævalere posse. Nam, ut taceam, dubium adhuc superesse, num consuetudo in cit. locis allegata fuerit legitime præscripta, necne? insuper responderi potest, vel consuetudinem antecedentem, vel saltem memorialem duntaxat, ac cum periculo perjurii non conjunctam, ibidem præscriptam esse, conformiter dictis in Lib. I. tract. de Jure Legalis cap. 9. n. 115. & seqq.

Jure in cap. si de calumnia 1. §. in causis eod. in 6. à Bonifacio VIII. id immutatum est: quia in his quoque Calumnie subinde committi, expertus erat.

Equidem non nemini videri posset I. in causis summaris Juramenti præsentis necessitatem, perinde ac aliarum solennitatum, Jure humano tantum requisitum, sublatam esse arg. Clem. dispensatio 2. de Judo. II. in 21 causis,



causis, ad secundam instantiam delatis, eandem necessitate remissam censi: cum juxta *Novell. 49. cap. 3. in fin.* in una eademque causa, (qualis est causa primæ & secundæ instantiæ *arg. l. un. & rubr. Cod. Ne liceat in una eademque causa tertio provoc.*) semel duntaxat  
**22** Juramentum Calumniæ deponatur. III. in causis criminalibus, in quibus actor, ad inscriptionem obligatus, non tam de calumnia vitanda, quam veritate dicenda, se obstringere debet; reus vero sanguinem suum omnino possibili modo redimere potest *l. in capitalibus 1. ff. de Bon. eor. qui ante sentent. l. transigere 18. Cod. de Transact.* adstructam necessitatem cessare.  
**23** At neutra ex his causis simpliciter est privilegiata. Etenim quia Juramentum Calumniæ non tam pro solennitate, quam integritate & sinceritate Judicii primitus est excogitatum; æquè autem causæ summariter ac plenariè tractandæ integritatem & sinceritatem Judicii desiderant: utrobique de Calumniæ jurari debet. *Clem. 2. de P. S. Rota Rom. in 24. rec. p. 1. de off. 82. n. 4.* Præterea cum in

secunda instantia novum instet calumniæ periculum; textus etiam in *cit. Nov.* supponat, unam eandemque causam in unica instantia versari: pro certo credendum est, in secunda instantia non minus quam in prima Juramentum Calumniæ locum tribui, per expressam constitutionem Bonifacianam in *cap. in appellatiōnis 2. in pr. b. t. in 6.* Denique, quod **25** attinet ad causas criminales, quidam cum Welenbecio, Cusacio, & Zoëlio *b. t. n. 5.* & aliis Jusjurandum Calumniæ remittunt indistinctè; alii cum Urmio de *Proc. cit. disp. 12. ib. 10. n. 44.* Gonzalez ad *cap. ult. b. t. num. 12.* Wiestner *ead. tit. n. 21.* admittunt indiscriminatim obtextum generalem in *cit. l. in omnibus 1. in pr. Cod. b. t.* & textum specialem in *cap. in herentes 1. n. nos itaque b. t.*  
 Quibus posterioribus, quoad actorem, simpliciter assentior, utpotè cum nec inscriptio nec obligatio dicendi veritatem Juramentum Calumniæ, quod, ad veritatem certius indagandam spectat, excludat. Quoad reum excipio solas causas capitales, in quibus, si jurare deberet, summum esset discrimen perjuri.

SECTIO II.

De Personis, adjurandum de Calumnia obligatis.

SUMMARIA.

**27.** Omnes persona litigantes tenentur Calumnia Juramentum præstare. **28.** Etiam tutores & curatores. **29.** Excipiuntur procuratores & advocati necessarii. **30.** De jure Civili tenentur ipsimet principales personaliter jurare de Calumnia. **31.** Imò & Communitates. **32.** De Jure Canonico aliud viget. **33.** & seq. Nec Clerici excimuntur. **35.** & seq. Nisi coram

Judice Seculari litigent. **40.** De parentibus variant Leges. **41.** & seq. Variant Legum conciliationes. **43.** & seq. Repudiantur aliqua. **45.** Adducitur nostra concordia. **46.** Parentibus assimilantur patroni, Domini feudales &c. **47.** An heredes sint privilegiati, quando defuncto in lite succedunt? **48.** & seq. Resolvitur negativè.

§. I.

Quenam persona generatim obligentur de Calumnia jurare?

**27** Jurare de calumnia secundum constitutionem *l. cum & Judices 2. in pr. Cod. de Furejur. propter Calumn.* obligantur non tantum personæ, principaliter in Judicio litigantes, Actor & Reus; sed etiam Advocati & Procuratores: nam & isti, sicut periculo calumniandi sunt obnoxii, sic à sinistra præsumptione per Juramentum Calumniæ semet libera tenentur. Brunnem. in *Proc. cap. 15. n. 9.*  
**28** Obligantur etiam ad idem Juramentum tutores & curatores; qui, cum jura pupillorum & minorennium sibi commissorum exactissime præsumantur callere, de justitia causæ, pupillorum & minorennium locò, jurare tenentur *d. l. §. 2.*  
**29** Excipitur procurator vel advocatus, ex necessitate, & autoritate Judicis ad procurandum vel advocandum compulsus. *Gail 1. observ. 88. à n. 3.* Ratio est: quia liber est à suspitione fraudis & Calumniæ, qui, quod facit, autoritate Juris vel Judicis facit *cap. quod quis*

*24. de R. J. in 6. l. velle 4. l. non videntur 167. §. 1. ff. de R. J.*  
 Tanta porro, tamque personalis est obligatio, præstandi Juramentum Calumniæ, ut Actor & Reus debeant personaliter jurare, nec possint ad jurandum pro se procuratorem delegare *d. l. cum & Judices 2. §. 3.* ibi: *non ante licentiam habeat actor, litem exercendam suo procuratori mandare, nisi prius, ad iis intervenientibus in provincia, in qua degit, Sacramentum Calumnia subeat &c.* Imò, et si Universitas quædam agat, aut conveniatur, non sufficit, Juramentum Calumniæ per syndicum esse prælitum, nisi & ipsa Universitas vel per majorem partem, vel per primores & Summates, qui repræsentent universitatem, idem Juramentum emisserit *d. l. §. 5. junctâ l. municipibus 97. ff. de Cond. & Demonstrat.*  
 Hæc tamen aliter se habent in Jure Canonico, quò non tantum in causâ universitatis, sed etiam in causis privatorum, Juramentum Calum-

Calumniæ per procuratorem, speciali mandato instructum, ac in suam sui que principalem animam jurantem, legitimè deponitur.

*cap. in pertractandis 3. cap. Imperatorum 4. cap. cum causam 6. cap. ult. in pr. b. t. cap. in appellatiōnis 2. §. procuratores cap. ult. eod. in 6.*

§. II.

Num Clerici teneantur jurare de Calumnia?

**33** Pro affirmativa & certa responsione textus habentur in *cap. ceterum 5.* & ibi Abbas *n. 1. cap. ult. in pr. b. t. cap. constitutus 3. de Fidejussor.* in quibus Clerici non solum ad jurandum de Calumnia adstringuntur, sed etiam ad verâ consuetudinem (de qua *revide n. 3413. & seq.*) carpitur. Ratio est: quia nec Actor sunt ab omni suspitione vacui, nec aut calumniosè moveant, aut calumniosè pertentant. Ad eòque ratio Juramenti Calumniæ Clericos juxta ac Laicos tenet obstrictos.  
**35** Pro negativa responsione primò obtutu stat textus in *cap. in herentes 1. b. t.* ubi referuntur, & unâ recipientur constitutiones Imperatoris, per quas Clerici tum ab omni, tum specialiter à Calumniæ Juramento, liberi pronuntiantur.  
**36** Ad solutionem hujus textus aliqui distinguunt, utrum Clericus agat nomine propriò, vel Ecclesiæ nomine? Priori casu Clericum ad jurandum obligant; posteriori à juramento absolvunt. Sed meâ opinione, non exhaurit difficultatem præfens solutio: cum enim potissimum ob reverentiam personæ

Clericis jurandi necessitas remittatur; Clerici verò non minori sint reverentiæ digni, quando nomine propriò litigant, ac quando negotium Ecclesiæ procurant: profectò in utroque casu vel neutro ab obligatione Jurjurandi erunt exempti. Malim itaque dicere, Clericos esse quidem obligatos, jurare de Calumnia, quando coram proprio & Ecclesiastico Judice litigant juxta textum in *n. 32.* adductos, quasi tunc reverentia non subeat discrimen, quando sinceritas animi Sacramenti religione probatur Episcopo, utpotè coram quo in causis extrajudicialibus non raro jurare compelluntur; non autem obligatos esse, quando litigant coram Judge Laico, quasi in hoc solum eventu periclitetur reverentia juxta *cit. cap. in herentes 1. b. t.* in cuius fine, dum **39** Clericis jurare permittitur, habitò consensu suorum Prælatorum, tacitè subindicatur, litem esse coram Laico: quia, si lis foret coram ipso Episcopo, non esset tunc necessaria aliqua licentia jurandi: quippe quam ipsò factò dat Episcopus, ubi Juramentum Calumniæ deponit.

§. III.

An parentes, cum liberis agentes in Judicio, Juramentum Calumniæ debeant præstare?

**40** Antinomiam in LL. in præfenti quæstione apparere, indigent textus in *l. si patronus 16. ff. de Furejur. l. licet famosa 7. §. 3. & 4. ff. de Obsq. parent. & patron. prest. l. qui bonâ fide 13. §. 14. ff. de Damno inf.* in quibus & parentibus, & procuratoribus ipsorum, Juramentum Calumniæ condonatur; cum tamen in *l. quosnes 14. & l. Jusjurandum 34. §. 4. ff. de Furejur. dicitur, Juramentum nec parenti nec patrono remitti.*  
**41** Ut apparentem hanc antinomiam colorarent Interpretes, multiplices conciliationes adinvenierunt; quarum prima est Hannoldi *Jurispr. Judic. tom. 5. tract. 3. num. 463.* distinguentis inter Juramentum Calumniæ & Malitiæ, ac illud remissum, hoc verò non remissum esse, quando à parentibus defertur Juramentum litis decisorium, tradentis. Secunda est Zoëlii *ad tit. ff. de Furejur. num. 32.* Brunnemann. *ad l. si patronus 16. ff. eod. num. 2.* P. Wiestner *b. t. n. 14.* qui putant, parentes simpliciter à Juramento Calumniæ deobligatos, ac textum in *cit. l. Jusjurandum 34. §. 4. ff. de Furejur.* corruptum esse; proindeque pro *hæc neque legendum esse, ut sentis sit, Juramentum Calumniæ æquè parentibus æquè patronis remitti.*  
**43** Si tamen candidè mentem aperire velim,

neutra conciliatio placet. Non prima: tum quia non tantum Juramentum Calumniæ, quod vocat generale, sed etiam speciale seu malitiæ patronis & parentibus condonatur in *cit. l. si patronus 16. ff. de Furejur. d. l. licet famosa 7. §. 3. & 4. ff. de Obsq. parent. tum quia, si reverentia, parentibus debita, excludat Juramentum generale, non minus & speciale debet excludere. Non etiam secunda concilia-  
**44** tio placet. Nam periculosum est, merum imperium in textuum Juris integritatem usurpare: nec credibile videtur, in uno vocabulo ponendo bis & tam crasse erratum fuisse: constructio quoque, quæ ex mutatione verborum resultat, longè durior est, quam ea, quæ in textu habetur: facilius enim dicimus: Juramentum Calumniæ neque parentibus neque patronis remitti, quam, æquè parentibus æquè patronis remitti.  
 Præplacet itaque conciliatio Gonzalezii *ad 15. cit. cap. un. b. t. n. 6. in fin.* & P. Roberti König *ad cit. tit. n. 12.* dicentium, Jusjurandum de Calumnia regulariter non esse exigendum à parentibus, quando litigum sovent cum liberis, vinculo reverentiæ id prohibente; posse tamen aliquando parentibus defertur Juramentum malitiæ, quando liberis antecessenter defertur Juramentum litis decisorium, si, penit-*



tis mature circumstantiis, Judici sic visum fuerit per *cit. l. quoties 14. & l. susjurandum 34. §. 4. ff. de Jurejur.*  
 46 Parentibus quoad prerogativam hujus Juramenti permissis sunt primò patroni *d. l. si patronus 16. & l. licet famosa 7. §. 3. ff. de Obseq.*

§. IV.

Utrum heredes, qui defuncto in Lite succedunt, Juramentò Calumniæ obstringantur?

47 Dixeris fortè quòd ita, paritate à Judice desumptà, quòd intra moras Judicii mortuò, & aliò in illius locum substitutò, novò Juramentò haud opus est: ut aded neque tunc opus sit iteratò Juramentò, cum in locum Actoris aut Rei decedentium heredes in lite succedunt.

48 Sed aliud dicendum esse, suadet *Auth. principales in pr. Cod. de Jurejur.* propter calumn. præcipiens, ut *principales persona, vel illa, ad quas negotium in medio mixerit, id est, heredes, qui defuncto succedunt in lite, coram Judicibus suscipiant.* Ratio est: quia Juramentum, à

parent. Secundò Domini feudales, cum Valialis in judicio contententes *tit. 33. §. 1. feud.*  
 2. Tertio Principes, si quando cum subditis litigent: eorum enim dignitas suspiciònem calumniæ præcudit. *D. P. König cit. l. num. 12.*

defuncto præstitum, quoad obligationem Religionis, tanquàm merè personalem, solum jurantis animam obstringit: ideòque ut heredes, metu sacrilegii, à calumniis absterreantur, de Calumnia separatim jurent, necessum est.

Paritas, à Judice derivata, lubricò vacillat pede. Siquidem obligatio Religionis, ex Juramenti præstatione semel inducta, perdurat, esto Judex è medio tollatur: at obligatio Religionis, quam ex suo Juramento defuncti contraxere, cum ipsorum obitu dissolvitur, nec ad heredes, ceteroquin omnium jurium successores, devolvitur.

SECTIO III.

De Effectu Juramenti Calumniæ.

SUMMARIA.

51. Juramentum Calumniæ præstitum liberat à præsumpta calumnia; recusatum inducit penam. 52. & seq. Declaratur. 55. & seq. Non ipso jure, sed per sententiam. 57. & seq. Pœna non transit ad heredes. 59. & seq. R. ad Leges contrarias. 61. & seq. Explicatur pœna recusantis Juramentum Malitiæ. 63. & seq. An, procuratore recusante, principalis debeat lucere? argumenta preferuntur. 67. Negativa

eligitur, & roboratur. 68. & seq. Argumenta contraria proponuntur. 71. Extenditur negativa ad tutores & curatores. 72. Ab aliquibus jurans de calumnia liberatur ab impensis. 73. & seq. Ab aliis melius condemnatur, si temerarius litigator fuisse, deprehendatur. 77. Ad fundamentum oppositum respondetur. 78. Aliter ad idem fundamentum respondetur.

§. I.

Quid operetur Juramentum Calumniæ?

51 Juramentum Calumniæ alium effectum habet, quando præstitum; alium, quando recusatum est. Quando præstitum est, liberat à præsumptione Calumniæ. Quando recusatum est ex parte Actoris, is causà cadit, & Reus absolvitur. Quando recusatum est ex parte Rei, is habetur pro confesso *cap. ult. §. pœna h. t. l. cum & Judices 2. §. 6. & 7. Cod. de Jurejur. propter Calumn.*  
 52 Hanc verò pœnam sic declarandam putat Brunnem. ad *cit. l. cum & Judices n. 40. & seq.* ut intelligatur I. de reculatione Juramenti in causà principali: nam in puncto incidente vel emergente si recusetur, nec Actor meretur cadentiam in tota causà, nec Reus habetur per omnia pro confesso, sed tantum in illo puncto incidente vel emergente. II. ut cesset, si jurare jussus, nec tamen jussui statim obsecutus, ante sententiam condemnatoriam adhuc poeniteat, Juramentum præstet, & interesse solvat. III. ut in causis beneficialibus Reus pro confesso habeatur in

præjudicium proprium, non autem in commodum alterius, ne detur occasio vitiosi ingressus in beneficia contra *cap. beneficia 1. de Re J. in 6. Sed*  
 Dubitabis I. utrum hæc pœna incurratur 55 ipso jure; an per sententiam?  
 Resp. per sententiam. *Gail. t. obs. 86. per tot. Bocerus classe §. disp. 8. th. 26. Blum. in Proc. Camp. tit. 72. n. 13. Brunnem. cit. l. n. 38.* Textus est tum in *cit. cap. ult. §. pœna & l. cum & Judices. §. 6. h. t.* ubi ponderandum ly *cadat*, quod est verbù futuri temporis, denotans sententiam: tum in eadem *l. cum & Judices §. 7.* ubi Imperator, licet, inquit, *Judici sententiam proferre, quemadmodum et ipsa rei qualitas suggererit: tum in Auth. principales §. 5. Cod. d. t.* ubi dicitur: *si quis autem litigantium prædictum susjurandum prestare noluerit, per sententiam Judicis actor casum actionis, reus condemnationem sustineat.* Ratio est: vel quia Leges pœnales 6 ordinariè requirunt sententiam vel condemnatoriam vel declaratoriam ex *Lib. I. tract. de Jure*

*Jure Leg. cap. 1. an. 268.* vel quia, licet confessus pro judicato habeatur, sententia nihilominus desideratur, si lis contestata fuerit excidendis infra de *Confess. cap. 4.* Unde mora purgari, & ante sententiam jurari, sicque poena evitari potest *arg. l. singulam 84. l. si servum 91. §. 3. ff. de V. O.*

57 Dubitabis II. an eadem pœna afficiat quoque heredes illius, qui jurare detrectat?

Resp. negativè. *Gail. d. obs. 86. n. 7. Bocer. d. disp. 8. th. 26. Blum. cit. tit. n. 14.* Textus est in *l. ejus qui delatorem 29. in pr. ff. de F. F.* ubi, qui delatorem fisci corripuit, in ea conditione esse dicitur, *ut pro victo habeatur;* & tamen adversus hæredem eam pœnam non porrigi, sed constare prius de crimine debere, & sponuntur, deciditur. Textus non multum ab similibus est in *l. un. §. ult. ff. Si quis jus dicenti &c.* ubi pœna, contra illum, qui Judici præcipienti non obtemperat, constituta, negatur contra hæredem illius extendi.

59 Nec offendiculum parat, quòd res & merces, propter non solum vœtigal, in commissum cadentes, aut ex aliquo delicto fisco denuntiate, non solum à principali, sed etiam ab hæredibus possint repeti *l. commissi 14. ff. de*

*Publican. & vœtigal. l. varia causa 1. §. in pr. ff. de F. F.* Nam ejusmodi rerum domini 60 nium à puncto commissi delicti ipsò jure videtur ad sicut pertinere *d. l. commissi & d. l. varia causa §. 1.* Indeque sic heredes non possunt earum rerum fieri Domini; ita earum nomine, si possideant, rectè conveniuntur.

Dubitabis III. num allegata pœna solum 61 habeat locum in Juramento Calumniæ generali, vel etiam in speciali, seu Malitiæ?

Resp. habere locum cum sequenti modificatione. Nempe & actor & reus non audiuntur, ad ulteriora procedere volentes, quando in uno vel altero articulo de malitià jurare pertinaciter reluctantur per textum in *l. famimus 15. Cod. de Judic.* ubi habetur, parti contumaci, quam diu in sua contumacia persistit, audientiam esse denegandam. Deinde 62 quantum ad illum articulum, super quo exigitur Juramentum Malitiæ, jurare recusans pro confesso reputatur per textum in *cap. ult. de Confess. in 6.* & ibi Socinus n. 54. *P. König hoc tit. n. 29. Brunnem. de Proc. cap. 15. n. 23.* Itaque in Camera Imperii in causà quadam judicatum esse, perhibet. *Gail. 1. obs. 87. n. 2.*

§. II.

Nocetne Procurator suo principali in ordine ad condemnationem, quando Juramentum Calumniæ recusat?

63 Pœnam recusatò Juramenti Calumniæ non solum litigantibus nocere, quando in propria persona id recusant, sed etiam quando procuratores ipsorum jurare nolunt, adstruit Vallensis ad *h. t. §. fin. n. 4.* camque sententiam in puncto Juris vtiorem censet Magnif. P. König ad *eund. tit. n. 30.* Serviunt huc I. textus in *cap. Imperatorum 4. h. t.* in quo perspicue decernitur, Juramentum Calumniæ per se vel procuratorem esse præstandum, nisi 64 *causa sua quis decidere velit.* II. Textus in *cit. cap. ult. de Confess. in 6.* in quo specialiter de procuratore disponitur, ipsam pro confesso haberi, si respondere jussus non respondeat.

65 III. efficax ratio: quia contumacia & culpa procuratoris æque nocet Domino, ac prodest ipsius solertia. His tamen non refragantibus, 67 Sententiam negantem, quam amplectuntur Panorm. in *cap. ult. h. t. n. 21. P. Engel h. t. n. 3. Pithing ib. n. 34. Wiestner n. 30. Gail. 1. obs. 89. in 4. & seq. Brunnem. d. l. n. 2. Rosbach in *proc. tit. 50. n. 15.* Reverendiss. Guetrather *Insp. Jur. Cen. lib. 3. tit. 12. n. 6.* assumo. Ratio unica, sed sufficiens est: quia factum procuratoris, quod merè personale est, non nocet Domino ex *tract. I. de Judic. cap. 2. n. 392.* Sed recusatò Juramenti Calumniæ, à procuratore præstandi, est factum seu potius non-factum merè personale; nec Dominum, qui suum Juramentum aut personaliter præstitit, aut alteri specialiter demandasse supponitur, respicit, sed solum procuratorem. Ergo non Dominum gravandus, sed procurator arbitrariè puniendus est. Huc*

que egregie conferit textus in *l. un. §. 2. ff. Si quis jus dicenti &c.*

Ad *cit. cap. Imperatorum 4. h. t.* Resp. prin. 68 cipalem juxta illum textum causà cadere, quando nec ipse Juramentum Calumniæ præstitit, nec procuratorem, ut præter, substituit: nos verò questionem ponimus de principali, qui suum Juramentum vel per se præstitit, vel procuratori, ut præter, demandavit; & simul supponimus, procuratorem nolle in animam propriam jurare.

Ad *cap. ult. de Confess. in 6.* Resp. illud ad 69 præsentem controversiam applicari non posse: partim, quia supponit evidentem Juramentum Calumniæ jam esse præstitum: partim quia supponit, tam procuratorem quam principalem Judici inobedientem se exhibere: partim quia non loquitur de præstatione Jurisjurandi, sed responsione ad articulos positionales, ad quos, si procurator respondere noluerit, committit culpam realem, quæ ipsam litem respicit, & Dominum onerat ex *cit. tract. n. 391.*

Ad rationem patet responsio ex antedictis, 70 quòd procurator nocet Domino, dum culpa non omnino personalis, uti hic, sed realis est: neque enim procuratorem dedit principalem ad delinquendum, sed litem suò nomine movendam & profequendam.

Inferitur ex antedictis quòd, si tutores 71 in causis pupillorum, aut curatores in causis minorennium jurare de calumnia nolint, pupilli vel minorenes non habeantur pro confesso